



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXII. Potentia præcipua in ciuitatibus firmis, & populosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

CAPUT XXII.

Potentia præcipua in ciuitatibus firmis,
& populosis.

§.1. **N**Villa Respublica censenda potens, nisi alta habeat, & firma vrbium propugnacula. Hodie quidem habendas munendasque vrbes, & oppida nemo est, qui ambigat, sed de modo, rationeq; tatum ambigitur. Nam olim densa Spartanorum iactantia fuit, quod moenia sua virtutem, iuuentutis dicerent. Si scuto scutu haberet, densusq; viro vir. Magnus & perniciosus error, vel Spartanorum iudicio, qui moribus urbem postea cinxerunt, deinde ipsi iudicauerunt eas vrbes esse potentes, quæ moribus, turribus, fossisque præcinctæ essent. Athenas enim æmulam ciuitatem muris nudauerunt, ita enim suadente Lyfandro Ephori iudicauerunt faciendum, sicque exartatam triginta tyrannis presserunt. Arci præsidium imposuerunt, & Pyrao. Cur moenia nobilissimæ vrbs diruere, nisi vt vires enecauerent? Huius eiusdem iudicii insigne monumentum, sed plenum inuidia, & iniquitatis Sparta parū generosa, parumq; grata dedit, vt auctor est Probus in Themist. & Plutarch. Diodorus Sicul. l. ii. Front. l. c. i. Cum enim victo Xerxe ad Salaminem, cuius victoriæ prima gloria, & principatus penes Athenienses fuit, redeuntes in patriam moenia reficerent, imo potius omnia deiecta restituerent, Spartani inuidia gloriæ, & metu futuræ potentia, legatos miserunt, qui docerent contra omnium Græcorum salutem fore, si moenia exstrueret, si enim Persæ redirent, & vrbes occuparent, ex ijs facile posset Peloponnesum, totamque infestari Græciam, & obtinuisent, nisi Themistocles consilio & arte conatus occultorum hostium elusisset. Hoc dictum vobis propter adulescentulos, quibus illud oraculum Enthusiasticum est in ore.

ἀσπίς ἀσπίδος ἔπειθε, κλέψας κλέψας, ἀρετὰ δ' ἀνίγει.

Scutum firmum scutum, galea galeæ, virum vir. Quod veluti veteres intriserunt, ita nunc etiam noxium est; nam murum illum hodierno tempore pauca tormenta disijcerent. Qui igitur parua manu, nullo periculo, magnas opes defendere in animos habet vrbes sibi munitas, omni genere commearius, & belli instructissimas ædificabit. Cui enim vrbium propugnacula nulla sunt, is perpetuo in periculo iactatur, minusque quam feræ in syluis, & volucres sibi prospiciunt, quæ tutelæ prolis tutissima sylvarum, & rupium deligunt.

§.2. Vrbium ædificandarum cura verustissima fuit, nam primam exstruxit Cain, & de nomine filij Henochiam dixit. secuta est post diluuium Babel, (tempora enim Antediluium in obscuro sunt) plurimæ deinceps ædificatæ sunt, vt constat ex Abrahami historia, qui annos nondum trecentos à diluuii natus est, quo tempore non vrbes modo, sed vrbium excidia, gentium lóginqua bella & regum seruitia fuerunt, Gen. 13. In Chanamitide vrbes firmæ & ad cælum vsq; muratæ, quæ maxime filios Israel terrebant, conditæ erant tempore Moïsi. Dauid deinde ciuitates ædificauit, & muniuit, Salomon etiam lóginquas, vt Palmyram in deserto, & Iosaphat quauis in exercitu præter vrbium præsidia numeraret vndecies centena, & sexaginta millia fortissimorum militum. vrbes tamen muratas in Iuda ædificauit. Si nostra tempora respiciamus, vrbibus exstructis Hispanus novum orbem tenet. Colonias enim plurimas maximasq; ducit, habet vrbes populosissimas, paucissimas tamen, si Orientale Indiā spectes, in tam vasto spacio munitionibus navigationum principatum tuetur.

§.3. Ciuitatum cura, & tutela, populi multitudinem, artes, opes, aliaq; quibus potentia crescit, & fir-

mat, principi confert, & quod caput, amorem patriæ defendendæ. Olim in Germania, & Britannia oppida non erant. Oppidum vocant Britanni, cum sylvas impeditas fossa, vallog, muniunt. Strabo lib. 4. ait eos exstruere tuguria in nemoribus cum armentis stabulari. Itaq; nulla tum fuit Germanorum potentia, nisi cum vno aliquo impetu in prælium ferretur, & si retunderentur, quiescebant, domi cum quæterentur inter sylvas, & paludes latuere.

Eadem de causa Wandalis, Gothis, Hunnis transfuentibus extrema omnia passi sunt. Translato ad nos imperio, tum opum copia, & potentia efflorescere cepit. Auctor Germanus ita de hoc statu loquitur. Habeo autem persuasissimam eam aetate (Cæsaris) non ciuitates extitisse, vix villas ac pagos retulisse. Dum enim Argentinesum literas antiquitate etiam modesta prædicas, perlegimus, videmus eam urbem vix tantum spatii in recessu habuisse Otthonum temporibus, quantum oppidum ignobile. Eadem ratio de Moguntia, Vormatia, Spira, Noremburga vulgaratur, quæ tamen Henricorum temporibus incrementa sumperunt. Traianus, vt Dion Prusensis auctor Græcus testatur, duas copiosissimas vrbes Dacia, quæ & hodie Danubio adiacent, exorsus est, ac facile inducor illas primas Danubii ciuitates extitisse. Inde Constantini ac Iuliani temporibus, vt annales fide digni asserunt, à duobus Sæuita oppida temere munita sunt, quæ nunc imperio parent, in quorum numero Rauensburg, Vlna, & alia. Inde Attila vniuersa Germania destructor, Basileam, Vormatiam, Argentinam, Ratissponam, Nurembergam, Iuuaniam, Coloniā, Iuliacum & alia oppida penitus destruxit. Quæ partim à S. Ruperto Episcopo auspiciis Theodoni Bavariae ducis & aliorum Episcoporum restituebantur. Pipinus inde atque Carolus Magnus ciuitates in tantum auxerunt, tot Episcopatus prædicas effecerunt, quemadmodum ante eos Dagobertus. Maior itaq; pars totius Germaniæ à Francorum Regibus, sub quorum Imperio erat, atque à Caroli progenie Germania incrementum & initium sumpsit, vt priuatim de qualibet ciuitate, dum mentio erit, copiosius exequemur. Tempore etiam translationis Imperii ad nos, ciuitates Germaniæ copiosiores redditæ sunt.

Nunc vero tot, tamq; munitis, & opulentis vrbibus abudat, vt nulli penitus regioni cedat, omnes omnino vincat, non modo Asiam, & Africam; sed reliquam et Europam; Neq; n. vel Hispania, vel Italia numero magnarum & opulentarum vrbium nobiscum certauerit. Quamuis n. Vlyssiponam, Venetias, Parisios nulla ciuitas Germaniæ vincat, multitudine tamen superant cæteras. Nullum enim regnum vrbes habet, quas pari magnitudine, opibus, firmitate hisce opponat: Sunt vero Antverpia, Insula, Gādauum, Colonia Agrippina, Dordracum, Amstelodamum, Brema, Hamburgum, Lubeca, Datisburga, Noriberga, Augusta, Vienna, Basilea, Argétoratum, multas hisce maiores esse noui, vt Louanium, Lunenburgum, Brunsvicum, Brandeburgum, Erfurtum, Pragam, multas pares; verum illis quindecim quas primo loco nominavi eorundem in villo regno pares inueniri nego.

§.4. In condendis ornandisque ciuitatibus habenda semper sunt ea præ oculis, quæ l. 7. Polit. monet Aristoteles, in condendis, & ornandis, inquam. Hodie pauca conduntur, tum quia multæ sunt, tum quia opportuna loca occupata sunt, vt iam præcipua cura esse debeat vrbium conseruandarum. Agri, fluminum, portuum opportunitas quærenda est.

Vti igitur eiusmodi occasiones animaduertit princeps eam urbem priuilegijs & beneficijs prosequatur, vt breui euadat in magnam urbem. ita creuit nostro tempore Insularum in clyta ciuitas, ita portu suo crescere potest Dunckerka. ita Grauelinga. ita Goa in India, sic posset crescere Cöfluentia, duorum fluminum negotiorum affluxu opulenta, sic nostra Moguntia superiorum, inferiorumque commercijs op-

FFF portu-

Germania
vrbibus ci-
tas gentes
superat.

Quales vr-
bes, vrbium
que loca.

portuna, Gallicis etiam, & Thransthenanis diuitijs plena, vino & frugibus abundans. His, inquam, opera vtiliter impenditur. nam quæ commoditatibus quæ locorum propriæ sunt desituuntur, frustra sumptus absument, Hanouia iam dudum crescere desijt a mæno seiuncta, & qui primi eam ædificauerunt damno suo temeritatem luerunt, celeriter creuit Frankentalia, nunc tamen sistit, à Rheno seiunctior, & vbi Wormatia Spiraque negociandi auxerint industriam inter eas intercepta crescendi spem amittet.

Loci opportunitas qua renda.

§. 5. Eas vrbes commodò situ ædificatas facile iudicabimus, quæ sæpius aduersa passæ refluuerunt, locus enim rapit animos, & suis vtilitatibus detinet. Fertilem in primis locum requiro, quia paupertas seditionis est scaturigo, & suo populo fertilem terram Deus dare voluit. Stulte Dinocrates Architectus in monte Atho Alexandriam meditabatur, cui recte Alexander: *Vnde cibum habere poterit? Quod ad plagas cæli attinet in Germania exigua huius rei habita ratio est. Quamuis Moguntia nostra orientem, & aquilonem spectet, agri, fluminum, fontium, montium habita ratio est.*

Montes vrbibus non sunt opportuni.

§. 6. Duo illa difficulter obtineri possunt, vt facilis sit in aliena egressio, difficilis vero aditus hosti. olim multe erant in montibus positæ ciuitates, facilis erat descensus, difficilis ingressus; Verum quia ratio belli mutata est, atque etiam annonæ, nec firmæ sunt quæ in montibus, & commeatui, omnibusque rebus partum opportuna, itaque nunc quoque arces in Rhæni & Moëllæ collibus positas magna parte desertas videmus. Iam vero quod nonnulli aiunt periculosas esse ciuitatum munitiones, quod hostes ea capta tuti sint, id iam supra in pecuniariæ confutatum est. Virtute enim & prudētia defendi ciuitas debet. Quis enim dubitat Alexandro vnam Tyrum plus restituisse, quam totum Darij regnum? Eadem ciuitas Nabuchodonosori portas clausit, & victorem gentium detinuit, ita Ezech. 29. 18. *Fili hominis, Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decalatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitus eius de Tyro, pro seruitute, qua seruauit mihi aduersus eam.*

Vrbs vna regni instar

Facilius igitur totam Egyptum, hoc est, centurias vrbium cepit, quam Tyrum, quia facilius est mercedem accipere, quam laborando mereri. sic patrum memoria plus restitit Ottomannis vna, sed fida Vienna, quam dimidia Vngariæ pars, quam tota Peloponnesus.

Vrbes magna iusto imperio regende.

Magistratus vrbium in alijs locis possessiones habeant.

§. 7. Opulentas vrbes vbi rem pararunt facile rebellare aiunt, satietatem enim, & diuitias sequi libertatis & honoris desiderium. Verum huic malo remedium feret, iustum & lene principis imperium, fidorum ad magistratum electio, eorundem per honores, & beneficia obligatio. Neque hoc negligendū, vt qui auctores esse possent motum, alijs in locis possessiones obtineant, quarum amittendarum timore gratiam principis omnibus anteferant. Priuilegia quoque ea concedet, quæ, si mereatur ciuitas, continuo auferre possit. Aquilgranum nobilis vrbs, & regia sedes immunitatē vectigalium à Carolo magno accepit, ingēs beneficium si ciues spectes, sed vicissim acta obligatio ne imperatorem offendat, qui vno verbo, vna scheda fortunas euertere posset, itaque ciues eiusmodi nullos Manlios, nullos Clodios, aut Curiones, ne Brutos quidem audient. Sic nobile Emporium Francofurtum ius nūdinarum tuetur, quod beneficium imperatorum tenet, magnum est quodque vnicum vrbem conseruat, sed idem tamen eam imperio fidam vrbem efficit; vno enim edicto spoliari eo potest. Nulla in vrbe Europæ maiores diuitiæ sunt, quā Vlyssiponæ, quæ est totius orbis Emporium, portu, ædibus, numero hominum insignis. sed nullum defe-

Vrbium priuilegia qua vno verbo possunt tolli

ctionis periculum, quia vno edicto merces eorum per oēs vrbes regias, portusque diuisa confiscari possunt. Hanc etiam ob causam rebellionem Antonij detestati sunt, quod viderent se domestico bello impeditos facile Indias esse amissuros.

CAPVT XXIII.

Arces ad potentiam conseruandam viles, & necessarias esse.

§. 1. **D**E arcibus extruendis politici variant, imo nonnulli eas diruunt, quas alij extruxerunt. Machiavellus incertus est. Hoc enim est eius consilium c. 20. in principe. *Consuetudo inualuerat apud principes, vt quo tutius principatum obtineret, arces erigerent, quæ tanquam habenis & frenis compescerent quemq, imperum securum haberent, quo se reciperent, per fugium. Equidem consilium hoc, quod iam peruersum & vitiatum sit, improbatum nolim. Nihil fecius ætate nostra vidimus Nicolaum Vitellium duas, quæ Tipherni erant arces, vt ditionem illam retineret, diruisse. Guidus Vbaldis Metauensium Princeps in principatum, vnde à Valentino fuerat eiectus, restitutus, omnes illius Proincia arces funditus euerit. Illis enim sic euerstis, existimauit difficilius provinciam illam iterum amitti posse. Bentiuoli, Boxoniam recuperatam cum redissent, eadem consilia sunt secuti. Ex temporum itaq, conditione arces sunt, vel non sunt vsui: si qua autem in parte quid boni inde ad te redit, in altera maxime ladunt. Hoc sane sic examinari licet.*

An arces viles.

§. 2. Vrbibus liberis arces inutiles esse iudico, sed omnem sumptum, qui arci separatim impendendus est, mœnibus, follis, propugnaculis dandum esse, itaque & Romani capitolium aquare solo, & Athenienses arcem Mineræ diruere debuerunt, nam opportunus est, improbis ciuibus, ac mæcipijs eas occupare, hosti tradere. Pacis tēpore et custodiendæ sunt, bello flagrante miserum est solatium ciuibus, relictis ædibus in arcem confugere, quam tamen diu tueri non possunt, multitudine se impediēte, & defectu commeatuum, periculoque morborum in multitudine cōferta. Hinc arces demoliuntur tanquam ergastula, & seruitutis firmamenta, cum primum ad libertatem aspirant. Simo Maccabæus arcem, quā triginta annos Græci infederat, deiecit. Arces itaque exole sciuitatib. sunt, tanq̃ compedes libertatis, quam diu manēt, sub ictu se positos ciues arbitrantur; & quanq̃ non noceat, formidabilis est tamen custodia. Romam tamen arx seruauit, sed magno animo erant illi qui mori maluerunt. Messenij quoque victi à Lacedæmonijs in arce montis Ichomes fere viginti annos defenderunt, Paulan. in Messenijs.

Arces libere vrbium munitio.

§. 3. Qui suo imperio provinciam aliquam bello adiecerunt arcibus in officio populum continere debent. Ea nunc omnes ratione videntur toto mundo, & si contrarium quispiam suadere instituat, id agere videbitur, vt cum ratione insaniat, & si verum dicendum est, insanit. Machiavellus igitur cum arces inutiles & noxias proclamat, hoc agit, vt exotica sapientia principem suum imperio exuat. Iam milles Hispani Occidentales Indias, Lusitani orientales amississent, si absque arcibus fuissent. Pauca enim arces frenum tot populis iniiciunt. Verum totares intelligitur, si Machiavelli sapientiam perpendamus, lib. 2. de Rep. c. 24. sic ratiocinatur. Mirum forte cuiuspiam videatur cum victi, debellatiq, Latii populi, toties rebellaret: cur populus Romanus, ad eos in officio continendos compescendosq, non arces aliquas, aut Priuerni, aut in alijs eorū ciuitatibus construxerit: secus n. certe fecerūt, quā Florentini nostri faciendū putarent, qui existimant ipsas, ceterasq, ciuitates, arcibus cōpescendas esse. Equidē si populus Rom. nostris hominib. similis fuisset, perinde fecisset, vt nostri. Sed q̃a in eo alia virtus, alia potestas, & aliud de reb. iudiciū inerat, idcirco aliter faciendū putauit: nec libera

Provincia occupata arcibus tenenda sunt.

Arces tam exiles, quam sacre